



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Balvzii Miscellaneorvm Liber ... Hoc est,  
Collectio Vetervm monumentorum, quæ hactenus  
latuerant in varijs codicibus ac bibliothecis**

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1679**

Chronicon Floriacense.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14735**

eoque  
nium,  
cum  
d Fil.  
grel.  
reque  
n. Sic  
x post  
nchas  
  
eiente,  
iphus  
abba  
, no  
n mo  
n; &  
m, ut  
clau  
m lo  
vultus  
  
xpug  
simo  
apam  
VII.  
usab  
do lo  
s Ab  
ensem  
to suo  
bbati  
sunt  
dacia  
capit  
more  
enses

eicifecerint, & Airardum Fiacensem Abbatem, cui  
subditi auctoritate apostolica fuerant, contra totius  
Christianitatis ritum à se projecerint.

## CHRONICON FLORIACENSE.

D C X V . Dagobertus junior in Francia regnat.

D C X X V I . Leodebodus Floriacensis monasterij  
fundator obiit.

D C L X X X V I I I . Pipinus major domus efficitur  
in Francia annis x x v i i .

D C C V I I I . Drogo Princeps Francorum obiit.

D C C I X . Primum Pipinus perrexit in Alamaniam  
contra Vilharium Ducem.

D C C X I . Childebertus Rex obiit.

D C C X I V . Pipinus obiit.

D C C X V . Dagobertus Rex obiit.

D C C X V I . Primum pugnavit Carolus Dux contra  
Ratbodum ad Coloniam.

D C C X X X I . Beda Presbyter doctor Anglorum  
obiit.

D C C X L I . Carolus Princeps obiit.

D C C X L I I . Carlomannus & Pipinus contra Hunaldum perrexerunt.

D C C L . Pipinus electus est in Regem, & Hildericus tonsoratus.

D C C L X I V . Pipinus Rex obiit. Carolus &  
Carlomannus regnum suscipiunt.

D C C L X V I . Carlomannus obiit.

D C C L X X V I I I . Hludouicus natus est.

D C C I V . Alchuinus Abba obiit.

Anno incarnationis dominicae D C C V I . II. Non.  
Iun. luna x i i i . signum crucis mirabil modo in luna  
apparuit feria v. prima aurora incipiente, quasi hoc  
modo. 

Anno incarnationis dominicæ DCCCIX. In dictione II. xvii. Kal. Aug. II. fer. incipiente hora diei V. eclypsin solis apparuit luna XXIX.

DCCXIV. Carolus Imperator obiit, & Hludouicus imperium recepit.

DCCXXIX. Hieremias Archiepiscopus obiit.

DCCXXXII. Hludouicus regnum amisit, & Hotharius illud suscepit. Item Hludouicus recepit.

DCCXL. Hludouicus Imperator obiit, & eclypsin solis facta est IV. feria ante ascensionem Domini, hora diei nona, II. Non. Maij.

DCCXLI. Bellum apud Fontanetum.

Anno incarnationis Domini DCCXLIX. anno octavo Caroli Regis, XI. Kal. Martias, extitit terræ motus quasi decima hora noctis.

DCCCLI. Adalbertus bonæ memorie monachus XI. Kal. Ianuarij obiit.

DCCCLIV. Dedicatio monasterij sanctæ Columbae virginis & sancti Lupi confessoris.

DCCCLXIV. Cometes apparuit circa Kal. Maias per viginti dies.

Anno incarnationis dominicæ DCCCLXVI. regnante Karolo Ludovici filio, duo filii illius moriuntur Hlutharius Abbas & Karolus Rex Aquitanorum. Avunculus quoque ejus Rhodulfus consiliarius primusque palatij hominem exit, nechon & Rhodulfus Archiepiscopus Aquitaniorum. Et duo principes Aquitanici Landricus & Imino inter se dimicantes semet interimunt. Rhothbertus quoque atque Rannulfus, viri mirae potentiae, armisque strenui, & inter primos ipsi priores, Northmannorum gladio necantur.

Anno DCCCLXXVII. dominicæ incarnationis Karolus Ludovici filius II. Non. Octobr. obiit. Et Ludouicus filius ejus VI. Idus Decembris regnum suscepit.

DCCCLXXVIII.

DCCCCLXXVIII. Iohannes Papa in Gallias venit, & apud civitatem Trecas diu moratus est.

Eodem anno, Idibus Octobris, eclipsis lunæ fuit, cum esset quartadecima. Et eclipsis solis secuta est eodem mense iv. Kal. Novembris, luna vicesima octava, utroque sidere in quindecim diebus deficiente.

DCCCLIXXIX. Hludovicus Rex iv. Idus Aprilis obiit.

DCCCLXXX. Hludovicus & Karlomannus apud Ambianas regnum suscipiunt & dividunt mense Martio.

DCCCLXXXII. Hludovicus Karlomanni frater obiit.

DCCCCV. Hoc anno, mediante Maio, v. feria, apparuit stella circa ipsum septentrionem à parte Circij, emitens radium magnum versus Euro austrum quasi longissimam hastam inter leonem & geminos trans zodiacum; & visa est ita ferè XXII. diebus.

DCCCCXVII. Memorabile bellum apud Suefones, in quo Rothbertus Rex occubuit, licet exercitus ejus victoriam adeptus sit. Eodemque anno Rodulfus regno sublimatur.

DCCCCXXVI. Gloriosus Francorum Rex Rodulfus obiit.

Prima in totam Galliam Vngarorum irruptio.

DCCCCLI. Hoc anno Vgo Dux Burgundiorum & Alanus Brittonum obiere.

DCCCCLIV. Ludouicus Francorum Rex obiit. Et filius ejus Hlotharius in Regem nobiliter Reinis elevatus est.

DCCCCLV. Hoc anno iv. Nonas Septembris luna versa est in sanguinem. Eodem quoque anno, mense Iunio, signum mirabile in cælo apparuit, draco magnus scilicet, & sine capite. Secuta est

statim mors Hugonis magni principis Francorum, Burgundionum, Brittonum, atque Nortmannorum. Eclipsis solis factus est x i. Kal. Ianuarij, & stella apparuerunt à prima hora usque tertiam.

D C C C C I X X I V. Ipso anno cœnobium sancti Benedicti Floriacense combustum est. Sed Dei providentia procurante in brevi trium spatio annorum in meliorem statum est restauratum, Domno Abbatte Richardo ordinatore. Octavas sancti crematum est Laurentij.

D C C C C L X X I X. Ludovicus à Francis Compendi Rex est elevatus.

D C C C C L X X X I V. Lotharius Francorum Rex obiit.

D C C C C L X X X V I I. Ludovicus Francorum Rex obiit. Eodem anno Hugo Dux Rex Francorum est elevatus Noviom, \* qui secum Rotbertum filium suum Regem Aurelianis elevat.

Anno ab incarnatione Domini M I I I. & qualitas hyemis longior solito, pluviarumque inundatio extitit gravior, atque diversis in regionibus flumina suos ultra modum præterierunt terminos. Præ certis vero Liger in tantum suas prætererit metas ut cuncta circum circa posita periculo mortis tremefaceret, valla penetrando, casas unā cum hominibus eruendo, pontes firmos sepesque eradicando, boves cum bubulcis, ovilia cum ovibus & pueris demergendo, ita ut diluvium esse crederetur. Quo etiam anno propter Aurelianensem urbem, in loco qui dicitur Porcaria, multis, ut fertur, est visa civitas fantale constructa ab hora diei tertia usque in nonam horam, pratis aquisque cum molendinis vallata, militibus necessariisque rebus adplene referta. Infantem quoque fama vulgante audivimus natum fuisse omnium animalium pedes habentem, soloque capite unoque pede & manu hominem simulantem;

\* Hæc addita sunt à manu paulo recentiore, sed antiqua.

quem parentes dolore & rubore confusi bis terque terra occulentes , dum nequeunt eum perdere , consilio accepto in fluvio demerserunt. cuius casum tantus vocum fragor secutus est ut tota regio ejulasse crederetur.

Eodem quoque anno Girbertus Papa obiit.

Sequenti anno Abbo Abbas martyrio coronatus est.

**M X V I I.** Rotbertus Rex filium suum Hugonem consortem regni facit apud Compendium.

**M X X V .** Hugo Rex moritur.

**M X X V I .** Iterum sub Gauzlino Abbe Floriacensem conflagratum est , sed biennio restauratum cum omnibus officinis & Ecclesia sancti Petri.

**M X X I X .** Obiit Gauzlinus Abbas.

**M L I X .** Philippus regni monarchiam suscepit.

**M L X .** Heinricus Rex Francorum obiit.

## CHRONICON CREMONENSE.

**M C X I .** nono Kal. Iunij, Indictione IV. capta est & destructa civitas Laudes.

**M C X V I I .** tertio die mensis Ianuarij, Indictione X. die Mercurij , in hora vespera , fuit terræ motus maximus , qui antea non erat visus.

**M C X V I I I .** decimo nono Kal. Novembris , Indictione XI. die Iovis captum est castrum Lomelli.

**M C X X V I I .** octavo Kal. Septembbris , Indictione V. civitas Cumensis capta fuit.

**M L X I V .** x. die mensis Madij fuit pugna in campo Montuo.

**M C C .** Indictione tertia , die XI. erat Augusti, una die Lunæ , fuit captus burgus Pisonij & combustus & ferè omnes habitantes fuerunt & totum suum nauidium ; & multi projecerunt se de turri magna ,